

**Historia De Vita, Moribvs, Rebvs Gestis, Stvdiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lvtheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

I. Lutheri nuptiæ, Melanchthone Norinbergam euocato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

in Albi submersus perijt. Traiecturus flu- ANNO
1524.
uum, animi gratia , trunco latentis arboris
Scapham impegit; quæ cum vacillaret in al-
terum latus impulsa , Nesenum dedit præci-
pitem. Paulò ante, quam deambulatum exi-
ret, à prandio paululum cōsopitus, Scapham
per somnium agitari vidit , seque excussum
in flumen mergi. Narrauit hoc Melanch-
thoni priusquam egredieretur domo , ridens
somniorum vanitatem ; & non diu post eo-
dem die nauigio excuslus perijt , vti dixi-
mus.

Nesenus
submergi-
tur.

C A P V T IV.

- I. *Lutheri nuptiae, Melanchthone Norinbergam euocato.*
- II. *Defectio Landgrauij à fide Catholica; vbi & de origine Mollium Lutheranorum & bello Sacramentar.*
- III. *Negotia Melanchthonis cum Visitatione Saxonica.*
- IV. *Iudicium & querela Lutheranorum & Ca- tholicorum de Visitatione hac.*

ANNO deinde sequente 1525. qui Germa- I.
niæ luctuosus fuit suprà modum, men- Ann. 1525.
se Maio Lutherus & Melanchthon ab Er- Ephordiā
phordiensī senatu votati fuerūt per litteras, vocatur
vt Vniuersitatem iniuria temporū penè col- Melanch-
lapsam restituerēt in statum pristinū, & stu- thon.
dia rursus excitarēt. Feruebat iam tum mo- In ep. Eob.
tus rusticanus , erantque plena tumultibus Hessi, l. 5. f. 3.

24 VITA ET RES GESTAE

ANNO
1525.

omnia: quo factum est, ut hoc vniuersitatis restaurandæ consilium, tum quidem in aliud tempus suspenderetur.

Cæterū in medio armorum strepitū, adeoque in publico totius Germaniæ luctu, dum ferro, flammis, cædibus passim omnia vastabantur, Lutherus procum egit, & illicitis armoribus indulxit. Tandem mense Iunio nobilem quandam Catharinam Boræam, quæ ante biennium è monasterio

Luth. incep-
stæ nuptiæ.

Ioan. Faber
in Ortod. fi.
dei defens.
cont. Paci-
montan. fol.
61. 62.

Nimicensi cum alijs quibusdam noctu profugerat, sub matrimonij nomine sibi copulauit. Ea res secretò peracta fuit, paucis præsentibus ad undecimum Iunij diem. Deinde post concubitum sub finem eiusdem mensis, postliminio nuptiale conuiuum instituit,

Displacent
Melanch-
thoni.

Camer. in
vit. Mel.
p. 108.

Morsus cō-
scientiæ
Lutheri.

vt incestas nuptias, & periurij turpitudinem publica solennitate honestoque titulo velaret. Quod ipsius factum Melanchthoni summum attulit dolorem, & reliquis etiam Lutheranis prudentioribus vehementer displicuit.

Neque verò Lutheri gaudium tam fœdè lasciuientis diu sine doloris aculeo fuit. Postquam enim peractæ fuerunt nuptiæ, mœror quidam animum illius occupauit ex mortu conscientiæ, quod cum monachus esset, yoto perpetuæ castitatis adstrictus, virginem Deo consecratam cum offensione bonorum omnium incesto concubitu temerasset; atque id eo quidem tempore, cum publicus rerum status ieunia, preces, cilicia, facos

sacos; cineres, & cōiugatorum castimoniam **ANNO**
 potius, quam incestuosos huiusmodi concu- **1525.**
 bitus, ad placandum diuini numinis furo-
 rem, postularet. Hæc itaque cogitatio Lu-
 therum ita turbauit, vt angorem consciencie,
 & cōceptum ex eo mœrorem animi dis-
 simulare non posset. Quod cum Melanch-
 thon animaduerteret; licet & ipse factum
 improbaret, vti diximus, dissimulato tamen
 dolore, quem ex eo ceperat, Lutheri tristi-
 tiam leuauit hilioribus colloquijs, vt erat
 facetus, & conceptum è conscientie punctu-
 ris mœrorem paulatim diluit,

Eodem anno Norinbergenses Melanch- **A Melach-**
 thonem per litteras euocarunt, vt, quia sua- **thonne con-**
 fu Lazari Spengleri Secretarij Ludum litt- **solatur.**
 rarum erigere decreuerant, eā in re consilio **Cam. in vit.**
 atque operā Melanchthonis vterentur. Ve- **Mel. pag.**
 nit ille Norinbergam in autumno permisso **109. & III.**
 A Noriber-
 Principis Electorū, Camerario suo comita- **gensibus**
 tus; fuitque de Icholis aperiendis suscepta **vocatur.**
 deliberatio, quæ hunc exitum habuit, vt, an-
 no sequente 1526. Melanchthon Eobanum **Scholas**
 Hellum poetam istius ætatis celebrem ist- **ibidē con-**
 luc adduceret: Huic Camerarius adiunctus **stituit.**
 fuit, alijque nonnulli, per quos docendi fa-
 ctum est initium.

Landgrauius Hassiæ Philippus, post bel- **II.**
 lum rūsticanum iuuenili quodam impetu di- **Landgra-**
 uortium fecit ab Ecclesiâ Catholicâ, seque **uius deficit**
 Lutheri partibus adiunxit. Antequam verò **à Catholi-**
 publicam religionis mutationem induce- **cis.**
Eob. Hessli.